



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

IV. De poenitentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

non scitur fuisse collatum. Ideoque baptizetur expositi, de quorum baptismo dubitatur; siue inueniantur cum sale, siue sine sale. Adiicimus etiam, ut nullus teneatur ad confirmationem a patre vel matre, vel vitrico, vel nouerca. Et ut non liceat diaconibus baptizare, vel poenitentias dare, nisi duplice necessitate, videlicet, quia sacerdos non potest, vel absens, vel stulte non vult, & mors imminet pueru, vel ægro. Si vero in necessitate puer baptizetur a laico, quod fieri potest a patre vel a matre absque matrimonii præiudicio, sequentia immersionem, non præcedentia, per sacerdotem expleantur. Salvo in omnibus, &c.

IV.

Cum poenitentia, quæ est secunda tabula post naufragium, tanto maior adhibenda sit circumspetio, quanto magis est necessaria post lapsum reparatio, nos sacrorum Canonum statuta sequentes, præcipimus ut sacerdotes in poenitentia diligenter attendant circumstantias, quantitatem scilicet personæ, & quantitatem delicti, tempus, locum, causam, moram in peccato factam, deuotionem animi poenitentis; & ut poenitentia talis iniungatur vxori, unde non reddatur marito suo suspecta de aliquo occulto & enormi peccato: idem de marito conseruetur. Nullus etiam sacerdos post lapsum, antequam confiteatur, ad altare præsumat accedere celebraturus. Id adiicimus ad sacerdotum cupiditatem refecandam, ut Missæ non iniungantur in poenitentia his qui non fuerint sacerdotes. Salvo in omnibus, &c.

V.